



**Clara Et Praeclara Methodus Parandæ Eloquentiæ,  
Secundùm Doctrinam & Præcepta Cypriani Soarii è  
Societate Jesu, Ad Captum Et Praxim Faciliorem  
Accommodata**

**Worpitz, Georg**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

§. IX. De Connexione partium in Argumentatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68908](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68908)

Lauxmin in Praxi Orator Palatum Eloq.  
Exercit. i. lect. 4.

III. Stimulandi sunt adolescentes ut mox  
in principio tirocinii sui lectio Oratorū fa-  
cile intelligibiliū se dedat, quales sunt oratio-  
nes Mureti, Vernulæ, & Ciceronis, à Magi-  
stro jam explicatae; neq; exercitium aliquod  
unquā aggrediantur, quin prius aliquid lege-  
rint: hæc enim lectio facilitatem componen-  
di addit, ex speciebus & imaginatione figu-  
ratur & numeri oratorii recenter excitata.  
Porro ut cum utilitate hæc fiat, observentur  
præcipuæ eloquentiæ partes in oratione ex-  
pressæ. Primo itaque investigetur causa ge-  
nus, quis status seu quæstio, quis syllogismus,  
quod argumentum, è quo loco Rhetorico  
desumptum. Secundò consideretur ordo par-  
tium, & carum connexio per transitiones;  
quale exordium, unde desumptum, quis epi-  
logus, an cum motu leví vel vehementi? Ter-  
tiò notentur ornamenta elocutionis, phrases,  
tropi, figuræ, amplificationes, affectus, incisa,  
membra, periodi; Obseruetur etiam quem-  
admodum nihil hiulcum aut asperum, aut ob-  
vocalium, aut ob consonantium inter se con-  
cursum obijciatur: an naturæ ordinè sequan-  
tur verba, ut decrescat, vel assurgat oratio  
&c. Vide P. Masen. in Palæst. styl. lib. i. c. 5. Pa-  
latium Eloquent. Exercitat. i. lect. 6.

#### §. IX. De Connexione partium in Ar- gumentatione.

Difficultas quoq; est incipienti, ab una syl-  
logismi parte ad aliam transire & transgredi;

168 *De Tractatione seu deduct. &c.*  
pro qua tollēda servire poterunt sequentia.  
Explicata una syllogismi parte, ad assumpti-  
onem transitus fieri potest per has particulās.  
Age verò, jam verò: quid autem est quod &c.  
Quoties rationem ad majorem vel mino-  
rem ponimus , sicut & alibi , dum causa  
reditur, ut sit in confirmatione v.g. episo-  
læ, serviunt particulæ causales: etenim, enim,  
namque, quippe &c., Quoties autem aliquid  
inferendum, ut sit in conclusione & in episo-  
lo, valent particulæ illativæ: Itaque, igitur,  
quare, quapropter, Quæ cum ita sint. Quoties  
plures ejusdem rei rationes afferuntur, prima  
profertur per enim, etenim: et aliquæ sic: dein-  
de, subinde, mox, præterea, Ad hæc, accedit,  
super hæc: Eodem pertinet , his finitimum  
est, illud nequaquam prætereundum. Cæte-  
rūm, porrò, demum, denique. Aliquando  
transitiones sumuntur ab æquali v. g. at e-  
rant hæc jucundissima, neq; minus volupta-  
tis attulerunt illa: Interdum ab inæquali v.g.  
Sed hæc utcunque ignoscenda , illud verò  
quis ferat? vel audistis gravissima, audietis  
graviora. Subinde à contrario v. g. Sed  
hæc privatim gesta sunt, nunc quæ publicè.  
Hactenus quæ domi gessit , nunc quæ in  
castris. A diverso sic : de moribus habes,  
nunc de doctrina reliquum est, ut dicamus.  
Vel quasi per occupationem ; jam ad reli-  
qua properabimus, si tamen priùs illud unū  
adjecerimus. Vel per Correctionem. Ve-  
rūm de his plus satis. Quorsum nos trans-  
versos abripuit dolor ? ad regi redeamus:  
quid

quid his immoror? ad id quod est hujus causa caput festinet oratio. Vel à consequentibus. Habes quid in illum contulerim beneficii, nunc, quam gratiam mihi retulerit, audi. Quid pollicitus sit, expositum est, nunc quid ille præstiterit, accipite. Hæc sufficiant; plura qui volet, consultat P. Masen. in Palæst. Orator,

lib. I. c. 31. 32. 33. Palatium Elo-

quent. Exercitat. 4. lect.

• 4. puncto 5.

